

regionibus, quanquam illud, quod circa urbem *Thecoam* crecebatur optimum existimabatur, testibus Judæis in *Menachoth VIII: 3.* תָּקוּן אֶלְפָא לְשֵׁמֶן אַבָּא שָׁאוֹל אָוֹמֶר שְׁנִיָּה לְהָרְגָב בְּעַבְרַת הַיּוֹרֶדֶן. כָּל הָאָרֶצֶת הִיּוֹ כְּשִׁירֹת אֶלְאָ מִכְאָן חַיּוֹ Thecoa prima est oleo: *Abba Saul* inquit, secunda est Ragab trans Jordanem. Omnes quidem regiones erant idoneæ, sed illinc adducabant. Conf. *Maimonides in הלכות אסורי מזבח Cap. VII. §. 2.* Eodem modo uti gentes *Venafranum* oleum maximo in pretio habebant. Vid. *Tiraquellus in notis ad Alex. ab Alex. Dies geniales Lib. V. cap. 21.* ♀ *Fortun. Schacchus in Myrothecio I. cap. 4.* Ejusmodi igitur olei varius in sacris usus erat; sive respicias ferta, quæ eo delibuta dabant, sive candelabrum aureum, cuius lucernæ oleo replebantur, sive alios denique usus, quos late pandit *idem Schacchus in Myrothecio I. ab init.* In adspersionibus præsertim, quæ res nos proprius attingit, non uno modo adhibebatur. Principio, leprosus octavo post primam purificationem die eo mundari solebat. Jubetur ille eum in finem afferre Logus qua- re לְוגַם אַחֲרֵ שֵׁמֶן Logum unum olei Levit. XIV: 19. Vocabulum mensura. in hoc solum negotio occurrit in sacris, unde *Aben Esra ad h. I.* מְרֹה וְאַין לוֹ אַחֲרֵ mensuram non habens fratrem appellat, id est quæ non nisi in hoc loco memoratur, quod etiam docetur in *Menachoth IX: 3.* Chaldaei לְוָגָא retainent, *Alexandrini per κοτύλην* vertunt, quam Latini heminam appellant, quæque dimidia pars est sextarii. Accurati tamen sunt Judæi in determinandis & illâ & cæteris omnibus mensuris, quas plerumque ovorum capacitatæ equiparare solent: Sic v. gr. *R. Salomon ben Melech in fol. 27: c.* logum dicit esse מְרֹה קְטַנָּה יְדוֹשָׁה מְכַלֵּל יוֹפִי בְּינֵיָם וְהָוָא אַחֲרֵ שְׁעָרִים וְאַרְבָּעָה בְּסָאה וְהָוָא שְׁעָרָ שְׁשָׁה בְּצִים mensuram parvam notam inter ipsos, quæ contineat quartam vigesimam partem Seæ habeatque capacitatem ovorum sex. Conf. *Maim. in prefat. Tractatus Menachoth fol. 112. c. d.* & ex Christianis præter *Waserum* cæterosque quos citat *Ziegra in Dissert. de Oleo unctionis sacro §. 23.* *Ainsworthus in Exod. XXX. 24.* ♀ *Goodwinus in Mose & Aarone Lib. VI. cap. IX. §. 23.* Necessarium autem erat, ut logus iste, quem leprosus offerebat, plenus esset, neque quicquam ex eo deficeret, quod observant Judæi in Negaim

*Debebat
plenus esse.*